

VIRGILII
G E O R G I C O N

LIBER III.

ARGUMENTUM.

Exordium tria continet: invocationem Deorum, qui pabulo & pecorum pastui praesident: deinde laudes Octaviani: denique invitationem Maecenatis, cujus jussu susceptum id operis fuisse, rursus testatur. Sequuntur praeceptiones de cultura pecorum, quatuor in partes distinctae. I. Agit de bobus & equis. II. De ovibus & capris. III. De canibus. IV. De rebus pecori infestis; nempe serpentibus, scabie, feбри, ac peste: quae pestis descriptio epilogi locum obtinet. Sparsae sunt praeterea toto libro fusiores, oblectationis causa, descriptiones: quasi quaedam diverticula. Talis est descriptio cursus equestris, v. 103. Afili sive oestri, v. 146. Taurorum amantium, v. 217. Furiarum amoris, v. 242. Scythicae hie-
mis, v. 349.